carnalem obseruationem quae illi mater erat ex semine dauid se-
cundum carnem . Adhesit uxori suae idest ecclesiae . ut sint duo
in carne una dicit enim apłs Ipsum esse caput ecclesie ex late-
re ecclesiae corpus . Ergo ipse soporatus est dormitatione passionis
ut coniux ecclesiae formaretur . quā dormitione cantat ppheta dicens .
Ego dormui et somnū cepi et exsurrexi quia dñs suscepit me . Forma-
ta est enim ei coniux ecclesiae de latere eius . Idē de fide passionis
et bñ . Nam per cuius latus eius lancea sanguinem et aquā pfu-
dit . Factum est autem ut supra dixi ex semine dauid secundū
carnem sicut apłs dicit idest tamquam de limo terrae . Cum
homo non esset qui operaretur terram . quia nullus homo
operatus est in uirgine de qua natus est xp̄s . Fons autem
ascendebat de terra et irrigabat superficiem terrae . Facies
terrae . idest dignitas terrae . Mater dñi uirgo maria rec-
tissime accipitur . quam irrigauit sp̄s sc̄s qui fontis et aquae
nomine in euangelio significatur ut quasi de limo talis homo
illo fieret qui constitutus est in paradiso ut operaretur ibi
et custodiret idest in uoluntate patris ut eam impleret atq.
seruaret . Nam p̄ceptum quod accipit nos accipimus in illo
quia unusquisq. xp̄ianus sustinet p̄sonam xp̄i . dicente ipso
dño . quamdiu fecistis unum ex his minimis istis mihi fecistis .
atq. utinam faceremus sicut p̄ceptum est . Omni ligno

paradisi quod significat spirituales nequicias. fructus autem
sp̄s. caritas. gaudium. pax. longanimitas. benignitas et cetera
sicut ap̄l̄s dicit. Et non tangeremus lignum in medio para-
disi plantatum scientiae boni et mali. id est non uellemus
sup̄bire de natura n̄ra. quia sicut iam diximus media est
ut de coepto experiremur quid inter est inter simplicem
fidem catholicam et fallacias hereticorū. Ita enim pueni-
mus ad scientiam boni et mali. Nam oportet inquit here-
ses esse. eccetera. Et enim serpens ille secundum p̄phetiam
hereticorum uenena significat. et maxime istorum mani-
cheorum. et qui cumq. ueteri testamento auersantur.
non aliquid manifestius p̄nuntiātum arbitror. quā siue
istos in illo serpente. uel potius illum in istis esse uitan-
dum. Illi enim loquatiis atq. iactantiis p̄mittunt.
scientiam boni et mali. et in ipso homine quasi in ligno
plantato in medio paradisi etiam scientiam demonis
tratuos esse p̄sumunt etiam illud quod dictum est
Eritis uteli qui magis quam isti dicunt qui p̄supbiam
suam uanitatem eandem supbiam p̄suadere. conan-
tes adfirmant animam naturaliter hoc esse quod d̄r
est ad quos magis p̄tinet. apertio carnalium oculorū
quam ad istos qui relictā interiore sapientiae luce
solē istum qui p̄tinet ad oculos corporis ad orare
compellunt. Et omnes quidem generaliter heretici

scientiae pollicitatione decipiunt et reprehendunt eos quos
simpliciter credentes inuenerint. et quia omnino carnalia
persuadet quasi ad carnalium oculorum apertione conantur
adducere. ut interior oculus excutatur. sed etiam istos
corpora sua displicent. non propter poenalem mortalitatem
quam peccando meruimus. sed ita ut negent dominum esse
corporum conditorem quasi apertis oculis carnis nuditas
ista displiceat. sed nihil uehementius istos designat et
notat. quam quod dicit serpens nequaquam moriemini
ecce. Sicut enim isti credunt quod serpens ille christi fue-
rit etiam nescio quem gentes tenebrarum sicuti adfir-
mant illud preceptum dedisse confingunt quasi inuide-
re hominibus scientiam boni et mali. ex ista opinione etiam
nescio quos serpentinos natos esse arbitror. qui serpen-
tem pro christo colere dicuntur. nec attendunt apertum quia
Timeo ne sicut serpens euam seduxit a furtia. sic uesperi
sensus corrumpantur. Hos ergo per istam prophetiam pro-
figuratos esse existimo. sed uertur autem uerbis huius
serpentis carnalis noscitur concupiscentia et per illam
decipitur adam non christus sed christianus. qui si preceptum
dei seruare uellet ex fide perseveraret donec idoneus
fieret intelligentia ueritatis. Id est si operaretur in
paradiso etiam totidie quod acceperat. non ueniret in illa
deformitate. utrum sibi displiceat caro quasi nuditas

sua carnalia magis regenda mendaciorū quasi folia fici
colligeret quibus sibi faceret succinctoria. Hoc enim
isti faciunt cum de xpō mentiuntur. et ipsum mentitum
esse p̄dicant. et quasi abscondunt se a facie dī ad sua men
dacia ab illius ueritate conuersi sicut ap̄ls dicit. Uerita
te quidem auditum suum auertentes. ad fabulas autē
conuertuntur. Et ille quidem serpens. id est ille error
hereticorum qui temptat eccliam contra quem cantat
ap̄ls cum dicit. Metuo ne sicut serpens seduxit euam
a sciuitiam. sic et sensus ur̄i corrumpantur. Ille error
ergo pectore et uentre serpit et terram comedit. non enim
decipit nisi aut sup̄bos qui sibi arrogare esse quod non sunt
cito credunt quod summi dī et animae natura una eadem
quae sit. aut desiderius carnalibus implicitos qui libenter
audiunt quod lasciuie quicquid faciunt non ipsi faciunt
sed gens tenebrarum aut curiosos qui terrena sapiunt. et ipsi
taliter terreno oculo inquirunt. Erunt autem inimicitiae
inter istum et mulierem. et inter semen eius et semē mulieris.
Si pariat ista filios quam uis cum doloribus si ad uirum suum
conuertat ut ei ipsi dominetur. Tunc enim potest cognos
ci non aliam partem in nobis p̄tinere ad auctorem dī et
aliam ad gentem tenebrarum sicut isti dicunt. sed potius
et illud quod regendi habet potestatem in homine et illud
inferius quod regendum est ex dō esse ut ap̄ls. Vir quidem

non debet uelare caput suum cum sit imago ecclesie gloriati. muli-
eris gloria uiri. non uir de muliere. sed mulier ex uiro est. ecce.
Omnia autem ex deo. Laboret autem adam in agro suo. et cum
spinas et tribulos germinet terra. Intellegat non naturae
esse sed poene. et hoc nescio cui genti tenebrarum. sed diui no-
iudicio tribuat quia moderamen iustitiae est sua cuiq. tri-
buere. ipse det mulieri aescam caelestem quam accipit accipit
a capite suo quod est xps. Non ab illa accipiat uetitum cibum
id est hereticorum fallaciam cum magna pollicitatione scien-
tiae. et quasi secretorum adaptionem quo fiat ad decipien-
dum. error ipse conditor. hereticorum quippe supbia
et curiosa cupiditas in parabolis clamat sub mulieris imagine.
qui tul-tus est de uertat ad me. ecce. Et necesse est tamen
cum ex illa quisq. crediderit pdicante libidine mentienti
quia ex xpm mentitum esse credit. accipiet tunicam pellicia
diuino iudicio quo nomine mihi uidetur in ppheta signi-
ficari non corporis mortalitas quae signatur in historia
de qua iam tractatum est. sed de carnalibus sensibus ac trac-
tata fantas mata quae carnaliter mentientem diuina
lege consequantur et contingunt atq. ita de paradiso id est
de catholica fide ex ueritate dimittitur habitaturus
contra paradisum id est. eidem fidei contra dic turus.
quis aliquando se ad dm conuerterit. p flammam gla-
dium id est p tem porales temptationes sua peccata cog-

noscedo regemendo et non iam ex transam naturam quae
nulla est. sed seipsum accusando ut ipse ueniam mereatur et
pplentitudinem scientiae quod est caritas diligendo dñm qui
sup omnia est incommutabilis. et diligendo pximum pueniet
ad lignum uitae et uiuet in aeternum. Quid habent ergo
isti quod in his lit teris ueteris testamenti reprehendant in
terrogent secundum sensum suum. et respondebimus sicut
dñs donare dignatur. Quare fecit dñs hominem quem
peccaturum sciebat. R. quia et de peccante multa bo
na facere poterat. ordinans eum secundum moderationē
iustitiae suae. et quia nihil ob erat dō peccatum eius. et si ue
non peccaret mors ulla esset. siue quia peccauit alii morta
les de peccato eius corrigantur. nihil enim sic reuocat ho
minem a peccato. quemadmodum imminens mortis cogi
tatio. Si enim faceret inquit. non peccaret. R. Immo
ipse hoc faceret. Si enim factus est. ut si noluisse non pec
caret. Non admittitur inquit diabolus ad eius mu
lierem. R. Immo ipsa ad se diabolus non admittitur. sic
enim facta esset. ut si noluisse non admittitur. Non fie
ret inquit mulier. R. Hoc est dicere non fieret bonū
quia et ipsa utiq. aliquod bonum est. et tantum bonum ut
aptr eam gloriam uiri esset dicit. et omnia ex dō. Qui fecit
inquit diabolus. seipsum non natura sed peccan
do factus est. uel ipsum non faceret dñs. si eum esse pecca

curum sciebat. R. Immo quare non faceret cum propria iusti-
tiam et prudentiam multos de malitia diaboli corrigat.
An forte non audis apostolum paulum dicentem. quos tradidi
satanę ut discant non blasphemare. ecce seipso dicit. Ecce
magnitudo reuelationis ex tollat me datus est mihi sti-
mulus. ecce. Inquiunt ergo. bonus est diabolus quia utilis
est. R. Immo malus est in quantum diabolus est. Sed bonus
et omnipotens deus est qui etiam de malitia eius multa et iusta
bona operatur. Non enim diabolo imputatur nisi uoluntas
sua qua conatur facere male. sed dei prudentiae quae de illo
bene facit. Postremo quia cum manicheis nobis de religione
quaestio est. Quaestio autem religionis est quid deo pie-
sentiat. quia negare non possumus in miseria peccatorum
esse genus humanum. Illi dicunt naturam dei in miseria.
Nos negamus et dicimus naturam quam de nihilo fecit deus.
ad hoc uenisse non coactam sed uoluntate peccandi. Illi dicunt
naturam dei cogi ab ipso deo ad poenitentiam peccatorum. Nos
negamus et dicimus eam naturam quam fecit deus de nihilo
esse in miseria. postea quam peccauit cogi ad poenitentiam
peccatorum. Illi dicunt naturam dei ab ipso deo accipere ue-
niam. Nos negamus sed dicimus eam naturam quam fecit
deus de nihilo si se a peccatis conuerterit accipere ueniam pec-
catorum. Illi dicunt naturam dei necessitate esse mutabilem.
Nos negamus et dicimus eam naturam quam fecit deus de nihilo

uoluntate esse mutabilem. Illi dicunt de naturae nocere aliena
peccata. Nos negamus et dicimus nulli naturae nocere nisi sua.
et dñm dicimus tantę bonitatis esse. tantę iustitiae. tantę
incorruptionis. ut neq. peccet. neq. ipse alicui noceat qui pec
care noluerit. neq. ipsi aliquisq. peccare noluerit. Illi dicunt
esse aliquid mali cuius coactus est naturae suae partem dare
cruciendam. Nos dicimus nullum esse male naturae. sed
om̃s naturas bonas esse et ipsum dñm summam esse naturā.
Ceteras ex ipso naturas esse. et om̃s bonas in quantum sunt.
quia fecit dñs omnia bona sed distinctionis gradibus ordina
ta ut sit aliud alio melius atq. ita. Omni genere bonorum
uniuersitas ista completur quae quibusdam perfectis. quibus
dam imperfectis. tota perfecta est quam dñs perfectus conditor
quae moderamine administrare non cessat quae om̃a bona
fecit nihil mali patitur necessitate. cuius enim uoluntas
superat omnia. nulla ex parte quicquam sentit inuitus.
Cum ergo illa illi et nos ista dicamus. unusquisq. eligat quid
sequatur. Ego enim quod bona fide coram dño dixerim si
ne ullo studio contentionis. sine aliqua dubitatione uerita
tis. sine aliquo p̃iudicio diligentioris tractationis quae
mihi uidebantur exposui.

LIBRI EXPLICIUNT SCI DUO EPISCOPI EX AMERON
AUGUSTINI CONTRA HERETICOS AURELIJ.

RESPONSIONES CONTRA HERETICORUM IMPUGNATIONES
QUAS CONTRA LIBROS AUGUSTINI DE PRAEDESTINATIS
OPPOSUERUNT INCIPIUNT

Ecce corporea exempla. In uno capite. duo sunt oculi. sed est substantia eorum unus aspectus. Duae nares. sed unus odoratus est. Duae aures. sed unus auditus est.

Item exemplum incorporeum. Sapientia perfecta in homine cui inest memoria. ingenium intellectus. Ergo sicut in una sapientia tres istae incorporeae personae subsistunt. id est memoria ingenium. intellectus. Et cum tres. non tres faciunt sed unam sapientiam perfectam. Si tota tria perfecta fuerint. ita una deitas perfecta erit in fide nostra. cum perfectum dominum credamus patrem et filium et spiritum sanctum unam diuinitatis omnium potentiam obtinere. Et sicut non est integra sapientia ubi de ingenio aut de memoria aut de intelligentia quippiam defuerit. sicut non est integra fides in homine eo qui in patre quippiam aut in filio uel in spiritu sancto quantum potest unius puncti mensura offendere. Oculorum enim interiorum lumen est fides. Et sicut si acuteneram aliquam partem in oculo pungas. totum lumen conturbas atque debilitas. Ita etiam cum erratum fuerit in hac sancta trinitate in aliqua parte quantum creditur atomis uel momento uel punctu tantum serenum fidei lumen conuertit in nubilum et semel animus uulneratus. nihil propter tenebras uidet.

FACIAMUS HOMINEM AD IMAGINEM ET SIMILITUDINEM NOSTRAM

Imago dicitur esse in homine natura rationalis atque intellectua-
lis. Similitudo uero in pulchritudine spiritualium uirtutum. **ITEM**
Imago dicitur in homine non secundum corpus dicitur. sed secundum
interiorem hominem ubi est ratio et intellectus quibus
preest ceteris animalibus ratione carentibus. **ITEM**

Imago similis dicitur esse homo. quia hoc solum animal cognoscit seipsum
MASCULUM ET FEMINAM CREAUIT EOS

Per masculum intellectus significatur. id est excelsissima
pars hominis qua semper circa diuinam cogitationem uoluntur.
Per femina. anima quae est inferior intellectui in qua
est memoria et capax est omnium formarum uisibilium
rerum extrinsecus. Intrinsicus autem omnium uirtutum
ratione disponente. Intellectus enim ut diximus. circa
cognitionem dei solum modo uersatur. Ratio uero. dispo-
nit atque ordinat uirtutes et discernit imagines rerum uisibilium.

ET DOMINAMINI PISCIBUS ET UOLATILIBUS. ET CETERIS

Per haec omnia animalia. rationalis motus animae de-
signantur. Cum enim anima quaerit rerum uisibilium
profundas rationes. ueluti piscibus dominari dicitur.
Quando uero de altitudine spiritualium naturarum
disputat. uolatilibus caeli praesse uidetur. Dum uero
in rationabilibus motibus suis resistit. eas demum repri-

mit. terrenorum animalium reptantiumq. dominatū possidere
non inmerito creditur. Irrationabiles autem motus sunt.
omnes carnalium rerum appetitus qui semper contra intellec-
tū rationemq. militante.

ET REQUIEUIT D'S DIE SEPTIMO.

Per diem septimum diuinæ ætatis perfectio intelligitur.
inquadr. semper requiescit. et ad quam pacto presentis tēpo-
ris curriculo. omnes electos suos pducet ut nihil in eis nisi so-
lus dr. appareat. et hoc est requiescere ab omnibus operibus
suis. hoc est omnia perfecta opera quæ fecit in seipso quæta
facere. Dum enim ad perfectam contemplationis suæ beati-
tudinem puenerint. numquam amplius mouebuntur.
sed quietum semper possidebunt silentium.

FORMAUIT IGITUR D'NS D'S HOMINEM.

Hoc dictum est pfiguram quæ dicitur totum a parte.
Corpus enim tantum modo de limo terræ est conditum.
Cetera uero quæ innatura hominis considerantur. spiri-
tualibus causis originem ducunt.

INSPIRAUIT IN FACIEM EIUS.

In hoc loco conditio animæ aperissime exprimitur.
Cuius possessio in facie corporis inesse cognoscitur. maxi-
me ppter quinque pti sensus uitalem administrationem.
Operatio quippe animæ. per quam quatuor corporis elemēta
in facie hominis maxime dinoscitur. Primo enim regit

sensus pignem qui in oculis ppriam sedem inhabitat. Per ignem mouet
aerem. cuius possessio auribus attribuitur. Per ignem et aerem.
mouet aquam. cuius habitatio in ol factu gustuq. ppriae est.
Per ignem et aerem et aquam mouet terram. cui specialiter tactus inest.
PLANTAUERAT AUTEM DñS DñS PARADISUM
De paradiso scōrum patrum diuersae sunt sententiae. Quidā
enim haec uerba scāe scripture de paradiso figurate tantum
modo dicta esse. nullam tamen historiam rerum factarum
significare aestimant. Alii uero non solum figurate dicta.
sed res factas insinuare affirmant. Sed siue solummodo figu
rate. siue et figurate et rerum factarum ueritate dicta sint.
Nullus sane intelligentium dubitat paradisum beatitudinē
diuinā atq. aeternam significare. in quo primo. primus ho
mo conditus est. Ille igitur locus qui pbabilius secundum
historiam conditus esse creditur. ad orientalem mundi plagā
positus diuersis arborū speciebus confusus quadripartito fon
te irriguus. plenitudinem humane rationabilisq. nature
significat. quae primo antequam peccaret beata atq. aeterna
condita est. Peccatum namq. primi hominis. rationabiliter
humane nature commune peccatū uocatur. Adhuc enim
ille unus. omnes fuit in quo om̄s peccauer̄. cui humane uide
licet nature. quasi quidam uir p̄sides intellectus. merito
quia ceterae humane partes ipsae sunt subiectae. qui intellec
tus p̄adam significatur. De muliere autem cuius eua

figuram gerebat. uarie intelligitur. Nam alii animam esse
dicunt. quia sicut femina uiro. ita subiicitur anima intellec
tui. alii uero sensum quip mediam animam menti copulat.
Paradisus itaq. in aeden est constitutus. id est beatitudo huma
ne nature in prima sui conditione in deliciis spiritualium
uirtutum condita est. Ade enim deliciae suae delectationes
agracis dicuntur. et iuxta orientem esse scriptura testatur.
merito quia nulla creatura inter naturā hominis et splendo
rem sapientiae interposita est. Ligna paradisi. diuersas spe
cies uirtutum significant. quibus cumq. rationabiliter uixe
rit. beata pfruitur. Duo ligna in medio paradisi esse descri
buntur. quorum unum lignū uitae. alterum scientiae boni
et mali appellatur. Lignum uitae. sapientiam illā signifi
cat. qua oportet intelligat anima in medio quodam rerum
se se ornatam. quam uis subiectā sibi habeat omnē naturā
corpoream. sup esse tamen intelligat naturam di. Per lig
num autem scientiae boni et mali. ipsa item mediocritas ani
mae et ordinata integritas significatur. Nam et ipsum
lignum in medio paradisi plantatum est. et ideo lignum
scientiae boni et mali dicitur. quia si anima quae debet
in ea quae anterioresunt se extendere id est in eum a quo
condita est et ea quae posterioresunt obliuiscens. id est
corporeas uoluptates ad se ipsam. deserta actō conuersa
fuerit et sua potentia quasi sine domino frui uoluerit

56

intumescent p̄superbiam quod est initium omnis peccati. Et cum
hoc eius peccatum fuerit consecuta experiendo discet quid
inter sit inter bonum quod deseruit. et malum in quod cecidit.
Et hoc erit gustasse de fructu ligni scientiae boni et mali.
Per serpente[m] a s̄ntia diabolica. Per pomum ex uetro ligno
assumptum carnalis delectatio insinuatur. quam delec-
tatione[m] a uisus intellectui uelut mulier uiro porrigit et
ex eo comedit quando animus carnalibus animae motib[us]
ad pagenda uicia aut appetenda consensit.

ET ELUIUIUS EGREDIEBATUR

Eluiuius iste habitum insinuat anime qui quasi inquat-
tuor flumina scinditur. id est inquat tuor principales
potentias. prudentia[m]. fortitudinē. temperantia[m]. for-
titudinē. Quarum prima inuenit uirtutes. secunda de-
fendit eas a contrariis. tertia inter se uirtutes copulat
quarta unicuique distribuit p̄prietate[m]. Ex his enim
uelut principalibus fontibus om̄s species ceterarū uirtu-
tum per species p̄prias derivantur.

ADDUCTA SUNT ANIMALIA ET VOLATILIA AD ADAM

Quomodo animalia adducta sunt. non localiter
neq[ue] gregatim. sed in notitiam eius secundū interiorem
intellectum. uidit et uocauit omnia que condidit
d̄s animalia p̄ totum mundum dispersa. quorum sunt
nomina naturae eorum notitiae.

IMMISIT Dñs Dñs SOPOREM IN ADAM

Sopor adam mentis excessum significat. mentis autem excessus est quando rationalis anima sensus corporis et inuisibiles rerum omnium rationes inquirat. et de omnibus naturis quae infra sunt uirtute rationabilis discretionis diiudicat.

Itē. Sopor primi hominis in paradiso quietem secundi id est xpi in cruce atq. sepulchro passionis tempore designat.

Costa assumpta de latere eius in feminam formatā rationalis animae potestas quam a uiro suo id est intellectu assumit insinuat. Itē. ecclesiam de sacramentis effusi de latere xpi sanguinis et aquae consecratum designat.

HINC AGUSTINUS. Dormit adam. ut fiat eua. Moritur xps. ut fiat ecclā. Dormiente adam fit eua ex latere.

Mortuo xpo percutitur latus ut pfluant sacramenta quib. formatur ecclā. Sanguis enim in consecratione calicis. Aqua uero in consecratione baptismatis est. Quod autē caro locum costae mittitur. nil aptius significat quam quod natura carnis nrae post resurrectionē uirtutum animae spiritualium particeps erit. Sicut enī tunc natura animae in altitudinem animi ascendet. sic corpus in altitudinem animae. et tria unum erunt qđ per euangelicam mulierem quae fermentū in tria sata simile mittens unum efficit de tribus designatur. Itē caro locum costae mittitur. ut per hoc intellegamus carnē

ad naturam hominis quam uis corruptibilis sit pertinere et
ad futuram gloriam simul cum anima perueniturum esse.
ERAT AUTEM UTERQUE NUDUS.

Nuditas illa simplicitatem et castitatem nature significat.
quam post peccatum astuta superbia atque simulatione
ueluti foliis quibusdam contexerant ne suae naturae
simplicitas de qua uiolata erubescerant appareret.
ETERAT SERPENS CALLIDIOR.

De hoc serpente quaeritur utrum secundum historiam crea-
tus sit. an solummodo ipsum humani generis significat
inimicum. Probabiliter autem creditur ipsum diabolum
his uerbis significasse scripturam. sed quomodo paradisu
intrauit utrum localiter et uisibiliter an spiritaliter tantum
modo et modo quo interius suadet peccantibus peccare
sicut accessit ad iudam traditorem. Non enim credibile est po-
tuisse diabolum accedere ad hominem antequam peccasset.
Ad huc enim in beatitudine erat. Ipse uero diabolus a beattudi-
ne deiectus est quoniam in ueritate non fuit. In hoc loco notandum
quia primus homo nec sapiens nec insipiens factus est. Nam
si perfectus sapiens conditus esset. nullomodo peccasset. Insi-
pientem hominem dominum creasse nullomodo credendum est.
medietate igitur quadam inter sapientiam et insipientiam
superbia inflatus accedendi locum diabolo dedit ut sua cal-
liditate eum posset non solum fallere. sed etiam ei consentire suaderet.

APERTI SUNT OCULI ILLORUM

¶ In enim spatio quo in beatitudine paradisi ante peccatum perman-
serant. nullius mali experimentum habebant. Mox uero ut
domini deseruere et sibi met atque diabolo adhesere. aperti sunt
oculi eorum ut cognoscerent quid intererit inter beatitudi-
nem quam deseruerant superbiendo. et miseriam in quam
irruerant moriendo.

ITERITIS SICUT DII

¶ Haec sententia primus homo per superbiam peccasse con-
iungitur quando per diuini mandati transgressionem fal-
lente diabolo illicito appetitu aequalis deo esse uoluerat.

VIDIT MULIER QUOD BONUM ESSET LIGNUM

¶ Hoc lignum fuisse secundum historiam nulli fidelium
dubitandum est et fuisse in medio paradisi pulchrum aspec-
tum bonum natura fructiferumque. sed quoniam contra preceptum dei
assumpsit femina deo hoc mortiferum et uituperabile fuit
et poena mortis dignum. Mistico autem intellectu mulier
est sensus corporis. qui sensus de pulchritudine rerum uisi-
bilium delectationem accipiens et de se totum caducis tem-
poralibusque frui desiderans. non solum se ipsum perdit. sed et
uiros suo id est intellectui porrigit ut ad ipse dominum contemp-
nens et sensibus suis adherens sensibus suis adherens simul
cum ipsis sensibus periret.

CUMQUE COGNOUISSENT SE ESSE NUDOS

Nuditas haec simplicitatem et castitatem naturae ad con-
dite significat. mox itaq; pacta p̄uariatione. intellexer
inquali natura ad conditisunt

SUCCINCTORIA

CONSUEVERUNT FOLIA EICUS ET ECERUNT SIBI PARIZOMATA. ID EST
Folia ficus pruritum quendam illicite uoluptatis quae pre-
uariationem secuta est insinuant. quibus simplicitatem suae
naturae de qua p̄dita erubescabant quasi quadam callida
simulatione tegere conati sunt.

CUM AUDISSENT UOCEN DNI

Uox dñi p̄sensibilem quandam creaturam fuisse sensibiliter
non est dubitandum. Misticce uero uox dñi in paradiso
increpantis hominem. interior est cognitio ueritatis. Quam-
uis enim primus homo p̄superbiam dñm deseruerit. penitus
tamen cognitionem conditoris non p̄didit. quae cognitione
p̄uariationis suae temeritate non ignorat. et eam fugere
naturalis motu semper appetit cum apto dicens. mente seruio
legi dñi carne autem lege peccati. Animus enim humanus
semper iuxta eccirca dñm quantum ei possibile est uoluntur
et interne ueritatis uocem quodam spirituali auditu percipit.
quam uis carne hoc est inferioribus animae motibus ad in-
feriora id est sensibilia diligenda lege illicite uoluntatis attrahat.

AURAM POST MERIDIEM.

Auralenis. flatus est. De hac aura legimus in historia regum.
et in aura dñs. Aura igitur est post meridiem quies p̄fecte mentis

post cognitionem claritatis sapientiae in paradiso beatitudinis
aqua claritate et quiete homo per arcam fugit et in se ipso deum
deserens se abscondere uoluit.

IN MEDIO LIGNI PARADISI.

Medie arbor paradisi humana anima est quae in medio rerum
ordine inter deum et corpora constituta est. Homo igitur deserens
deum et in se ipso confidens per arcam suae culpae excusa-
bilem reddere uoluit.

UBI ES

Hic dixisset qui adhuc in ueritate et beatitudine factus uisus
nonne ad nihilum descendes? nonne naturalem tuum ordinem
deseruisti et ad nihilum descendisti? appetisti et ab eo quod est
ad id quod non est cecidisti.

ET DIXIT D'S AD SERPENTEM QUIA HOC FECISTI.

His uerbis intelligitur quia plus misericordia est quam uindic-
te in eo quod deus homini post peccatum intulit mortem. Ad hoc
enim promisit eum mori ne amplius carnalibus atque sensibus
uelit adherere et ad ea quae deseruerat redire appetere.
Ac hoc plus increpasse eum diabolum quam hominem.
Scriptura testatur. cuius suasionem homo seductus est.

SUPER PECTUS TUUM GRADIERIS.

Quod quidem et in colubro animi aduertitur et ex illo ani-
mante uisibili adhuc inuisibilem inimicum nostrum locutio
figuratur. Nomine enim pectoris significatur superbia
quia ibi dominatur in pectore animae sicut nomine

uentris carnale desiderium. **TERRAM COMEDES**
Duobus modis intelligi potest uel ad teptinebunt quos terre-
na cupiditate deceperis. idest peccatores qui terra nomine
significantur. uel curiositas terrena que comedit profunda et
tenebrosa penetrat. idest inas occultasq. impiorum cogitatio-
nes tuae potestatis erit. **IPSA CONTERET CAPUT TUUM**
Sensus enim rationi seruientis et prae rationem intellectui oboediens
caput conterit inimici. idest primos suos introitus ad suadenda
ac ppetranda uitia. si enim animus et sensus suasionibus diabo-
licis non consenserint et uiribus rationis expulerint. non erit
pactio culpe sed erit materia uictoriae.

NON AM INIMICITIAS
Semen mulieris fructus boni operis quo puer se suggesti-
oni resistit. Semen uero diaboli significatur puer sa sug-
gestio. et ideo obseruat plantam mulieris ut si quando illi-
cite labitur dilectio tunc illam capiat et illa obseruat.
de pena mulieris nulla quaestio inest. multiplicatos enim
habet dolores et in aerumnis parit filios. in fide autem
in doloribus parit filios. cum primo p temptationis con-
cipiens uirtutes donec pariet filium. idest donec ad con-
summationem pfecte operationis pueniat.

ADAE UERO DIXIT MALEDICTA TERRA
Ac si dixisset poenam preuaricationis tuae maledicto cor-
ruptionis. omnis caro dampnabitur.

SPINAS ET TRIBULOS

Spine ac tribuli sunt. punctiones tortuosarum quaestio-
num aut cogitationes de punctione huius uitae quae plerūq.
nisi extirpentur ex agro dei expiciantur. suffocant uerbū
ne fructificet in homine. **INSUDORE VULTUS TUI**

In ista plexitate huius uitae cuius uultus non sudet ut co-
medet panem suum. mixtice uero quis sine magno sudo-
re spiritualis doctrinae ad cognitionem id est contēpla-
tionem illius panis qui de caelo descendit potest puenire.
et ad soliditatem aeternae beatitudinis quasi quandā ppriā
possessionem quam peccando deseruerat redire pualet.

FECEIT ILLIS D'S TUNICAS PELLICIAS

Id est corpora eorum in istā mortalitatem carnis muta-
uit ubi latent corda mendacia. neq. enim in illis corpo-
ribus caelestibus sic latere posse cogitationes credendū
est quem admodum in his corporeis latent. sed sicut non
nulli motus animarū apparent in uultu et maxime in
oculis. sic in illa pspicuitate et simplicitate caelestiu
corporum. omnes omnino animi motus latere n̄ arbi-
tror. Itē. p tunicas pellicias phantasiae animae suae
deuisibilibus rebus siue de inuisibilibus in pres se fue-
runt designatur. quibus purus intellectus inest dum ra-
tionabilibus rerum inquisitionibus reperiuntur.

ECCE ADAM FACTUS EST. Aut p ironiam. id est

simulationem . aut certe quia et ipse dicesse . quam uis crea-
toris sui beneficio non natura^l sub eius potestate manere uoluisset .
NE FORTI MITTAT MANUM . Non iniuste pena est
post peccatum interclusum esse aditum ad sapientiam do-
nec de misericordiam mensuris temporum reuiuiscat qui
mortuus est et inueniatur qui perierat
COLLOCAUIT ANTE PARADISUM

Cherubin scientia plenitudo dicitur . Flammeus gladius
atq; uersatilis temporalis poena est qm tempora uolubi-
litate uersantur . Propterea flammeus dicitur . quia
urto quodam modo huius tribulatio . Nemo potest p-
uenire ad lignum uitae idest sapientiam . nisi p has du-
as . idest tolerantiam molestiarum et scientiae plenitudinem .
Plenitudo autem scientiae . est caritas quae suffert omnia
et sine qua nemo ad sapientiam quae primus homo de-
seruerat redire permittitur .

PER LEGEREX SAPIENS . SOPHIAE PIA DOGMATA SCILICET
SICQUE EI DEM FIRMA PECTORI ET TONITRO TUO

AUGUSTINI CONTRA QUINQUE HERESSES

Debitor sum fratres fateor non necessitate. sed quod
 uehementius est caritate. Ad compellendum non po-
 test esse molestus exactor. quando ad compellendum deu-
 tus est debitor. Sed ut implam quod promisi. adiuuate me
 scis orationibus uris. ut his omnes de orationibus
 meis. ut satis faciam piis mentibus et auribus uris. Si memi-
 nisse dignamini quoniam tempore adfuitis quinque hostium
 genera esse diximus. Contra quae expugnanda inducias
 postulauimus. ut necessaria praeparare arma possemus.
 Promissus dies illuxit. nos quoque imprigere ad certamen
 domino adiuuante processimus. Ad iudicium nostrum in nomi-
 ne domini qui fecit caelum et terram. Donabit certanti
 uictoriam. qui certandi dedit audaciam. Non nos hostium
 turba. non bellantium reuocet forma. non qua fulgens
 uictoria terreat arma. Goliath magnum robustum. ar-
 mis terribilibus ingentiq. forma munitum. dauid puer
 solus paruus atq. inermis uno lapidis ictu prostrauit.
 totaq. ad philorum castra turbauit atq. fugauit.
 Quid autem aliud petra contra goliath manu dauid
 missa. nisi christi contra diabolum ex semine dauid uen-
 turum significat. Adgrediamur iam. et errorum quae
 diximus quinque genera proponamus. Pagani dicunt.
 Quid est quod nos ex horreis atq. ab iculis tamquam multos

colentes deos. ecce et uos dñm quem p̄dicatis colentem dñm fi-
lium dicitis habere. eumq sine alicuius commixtionis sexu.
natum confingitis. Iudaei dicunt. Quomodo unū colitis
dñm. quando et hominem quem patres n̄ri crucifixer dñm
dicentes. hominib. ex torquetis ut tamquam filium dñi uo-
biscum uenerentur et colēnt. manichei dicunt fantas-
ma esse quod dicitur dñm it̄m xpm femineo posse nasci
ex utero. Non enim dignum est inquirunt ut tanta ma-
iestas p̄sordes et squalores femineas transisse credatur.
Sabelliani dicunt. id est patri passiani. Unus est d̄s pater
et filius. qm̄ qui pater ipse et filius est. nisi aliud dixerimus.
incipiamus dici multicolē. Arriani dicunt. Alius est pater.
alius filius. sed minor est filius. Numquid enī fieri potest
ut genitori genitus existat aequalis. ecce sunt errorū
p̄posite questiones. quasi hostium compositę acies. Contra
istas acies p̄siferas sc̄is simi fr̄s assumite armati. ut possi-
tis resistere in diem malo et in omnib. p̄fecti stare. Accingimi-
ni lumbos in ueritate. Nemo trepidet. nemo formidet.
Est lorica iustitiae. est scutum fidei. in quo sagitte malig-
norum ignite excipiantur et extinguantur. Est galea
salutis. est gladius sp̄s qđ est uerbum dñi. Quisquis fidelium
xpi militum his fuerit munitus armis. n̄ cuiusquā formida-
bit p̄sonā. non terrore temporis certamine reuocabitur.
Cia fr̄s. certamen in promptu est. feruet opus. urget aduersa

rius. spicula parat. iacere temptat. nemo expauescat. Etsi plures
sunt nobiscum quam cum illis. Nobiscum est moyses ille magnus
amicus dei. qui ut hostem uinceret proeliantem ad caelum manus
extendit. iam tunc figuram crucis ostendens. Ipse diuino impe-
rio tumentis ponti uoluentes flexuosis sinibus undas unius
ictu uirge percussit. ac traiciendo populum aridos uertit inte-
rim uertit in campos. Nobiscum est ihs post moysen dux populi
israhelatici fortissimus proeliorum. cuius etiam nomē indicat
saluatorem. Ipse potentia sui et diuina fiducia. diem ne sui cur-
sus metas pageret statuit. et nocti ne accederet imperauit.
Ipse gentium reges non singillatim sed congregatim supe-
rauit. captiuauit. humiliavit. occidit. Nobiscum est dauid
manu fortis. Quid dicam. seruus dei. amicus dei. electus
dei. puer dei. Nouerat et bene nouerat. non solum parcere
subiectis. sed et debellare superbos. uerum etiam uirtutem
ostendere et patientiam custodire. Ipse in imicos suos cum
sequeretur non perniciosus. et cum uinceret non exultat impius.
Nobiscum sunt alii atque alii sancti uiri. qui omnia futura prouiderunt
et praedixerunt. Non est ergo quod uos terreat. tantum expec-
tate. audite. orate. intentior et auctior circume ustra sit oratio.
Non diutius immoremur. iam quae posuimus persequamur.
Quid dicis pagane. dominus inquit si delectatus est filium. indi-
guit coniugio. Si horruit coniugium. solus est sine filio.
Quid enim poterat inuenire similem. quid coniungeretur

do. et pareret filium do. deinde succubitas habet et filium.
iam non unum colitis dñm. Quid agimus. ab alio philomus
sum excipimus. Quid remittimus. qd libet miserimus telu.
licet pueniat ad illum. nihil pdest. Quare. quia durus est.
Quantum durus est. lapideus est. idola colit. Et scrip-
tum est. Similes illis fiant qui faciunt ea et omnes qui con-
fidunt in eis. Scas scripturas non accipit. Quaeramus
ergo lapidem quo percutiatur. et percussus quasi secus. quasi
satus comminuetur. comminutus in puluerem conuertatur
conuersus in puluerem compluetur. complutus seratur
satus faciat fructum. non qd igni consumatur. sed qd horreo
recondatur. Ermus qui latine mercurius dicitur. scripsit
librum qui logotaleos appellatur. id est uerbum pfectu.
Magnum nom libri huius. quia magnus est de quo scrip-
tus est liber. Quid enim pfectius uerbo quis plus est in-
ter mortuos liber. audiamus quid loquatur mer-
curius de uerbo pfecto. Dñs inquit et omnium factor deoru
secundum fecit dñm. Et posc pauca ut ostenderet quid
dixerit repetiuit et dixit. Qm ergo hunc fecit primu
et solum et ueru. bonus autē ei uisus est et plenissimus
omnium bonoru. Quantum plenissimus. iohannes euan-
gelista dicit. De plenitudine eius nos omnes accepimus.
et gratia p gratia. Bonus autē ei uisus est. et plenissim
omnium bonoru. Et sequitur. Laetatus est. Cui tunc quo

Lactatus est. dicat ipsa sapientiā dī. filius dī. ego erā cui gaudebat.
Ergo lactatus est. et ualde dilexit tamquam unigenitū suū.
Quem primo factum dixit. postea unigenitū appellauit. Item
alioloco sic dicit. Filius benedicti atq. bonae uoluntatis.
cuius nom. non potest humano ore narrari. Quarebas pa-
gane coniugendi. auri mercurium. para frontem. et ex-
cipe lapis lapidem. Cade. uterigaris. frangere ut confir-
meris. destruere ut aedificeris. latus lapidis. non cūcē diui-
dae frontis. non uena rumpat sanguinis. non aperiat foue-
am uulneris. sed signum faciat crucis. Coniugendi queris.
abiciatur ex corde tuo rogo impura prauitas. Coniuncti.
est bona uoluntas. Quomodo autē pater sit dī. et filius dī. nec
tam duo dii sed unus dī. tecum disputare non debeo. quia
nisi credideris. intelligere nullatenus poteris. Et tamen
filium dī. dñm fatetur mercurius. Hoc lapide percussus. lapi-
deus desinat ēē sacrilegus. Audiamus quid etiā sybilla uates
eorū de eodem dicat. Alium inquit dedit dī hominib. fide-
libus colendum. Quantum apparet in his sententiis mer-
curij et sybillae. sabellianus etiam iudicatur. Mercurius
et pater dñm dī. et filium. Sybilla dī. dñm alium. sabel-
lianus dī. non alium. quia eundem patrem differit ēē
quem filium. Optimum ualde est. si modo n. unū tantum.
sed etiā ad quātos cūq. mis. sus. puenire poterit aduersa-
rios. uno ictu percuciamus. Item sybilla dī. ipsū tuū cognosce

domini filium esse. Versus iste. et paganus increpat et iudeum.
Alio loco filium dei symbulon appellat. id est consiliū uel
consiliarium. Et propheta dicit. Vocabitur nomen eius admi-
rabilis. consiliarius. deus fortis et potes. hic arrianus arguit
quicum dicat minorem dei filium. dicit aliquando deum non
habuisse filium. et si fuit sine filio. fuit sine consilio. Ecce
ad quae pericula pericamur. Sed quoniam deus numquam fuit
sine consilio. etiam contradicente ario. numquam pater
potuit esse sine filio. Quid agis pagane? aperi aures. noli
esse sicut aspis surda quae obturat aurem ne audiat uocem
incantantis. Non tibi meos auctores profero. Tuus est mer-
curius. cui inter deos tantus a uobis honor cultusque alla-
tus est. ut eius nomine diem dei uocaretis. Ipsum audi.
ipse te conuincat ipse expugnet ut cum te uicerit illicedas
et mihi credas. Mercurius dixit. dilex deus unigenitum suum.
ipse dixit filius benedicti atque bone uoluntatis. Et ne de
eius nomine interrogationis tedium sustineret. secutus
adiunxit. Cuius nomen non potest humano ore narrari.
Quid tu mercuri. ab hominibus dicis nomen filii dei non posse
narrari? atque narraretur. qui non homo sed deus ab homi-
nibus aestimaris. Et loquitur ad filium suum dicens.
Est autem quis filii inenarrabilis sermo sapientiae.
scilicet scilicet. Nonne hoc est in principio erat uerbum. dicemus.
Sermo iste sapientiae habet matrem? sequitur de solo

do. dñs est omnium. dominante do mortalib. Et qui ab hominib;
indagari non potest. addidit ecclie sup homines est. Ergo quia
sup homines est. nomen filii dñi narrare non possum quia dñs
non sum. Dicant homines quasi homines qđ non sum. ego cog
nosco qđ non sum. Sermo sapientiæ de solo dño est. Non ergo
ibi pagane humanum suspiceris aut fingas fuisse coniu
gium. De solo dño est. et sup homines est. Increpat te s̄billa
dicens. Ipsum tuum cognosce dñm dñi filium esse. ipsū tuū
cognosce dñm. Ipsum non alium. n̄ marce. n̄ iouem. n̄ mercuriū.
sed quem confiteor mercurius. Quid miraris xpiane qđ talia
isti de patre et filio dicant. et daemones credunt et contremes
cunt. Nempe incugto. transeunte dño dicunt nouimus
quis filius dñi uenisti ante tempus p̄dere nos. Utinam quo
modo daemones iudicem. sic homines agnoscerent saluato
rem. Quid dñe iudaeus. unus est nobis dñs. p̄ter ipsū non
nouimus aliū. Illum uero quem dicitis xpm. patres
n̄r non dñm sed hominem occider̄. Nempe hoc est qđ dixi.
utinam quomodo daemones iudicem. sic homines agnos
cerent saluatorem. Ecce daemones uider̄ et contremue
runt. homines uider̄. et occiderunt. Daemones confes
sisunt. homines p̄secutisunt. Quae infelicitas est et quan
ta miseria in pa rem etiam daemonib. inueniri. t̄m
homines credunt. daemones pereunt. homines saluant̄.
daemones puniuntur. Sed haec immutatio est dexteræ

excelsi. non presumptio hominis de suis uiribus confidentis. Con-
tra istum uero iudaeum non laboro. Pugnent contra illum
codices sui. pugnet ex prophetae. Et aut uictus et humiliatus
saluabitur. aut superbus et p[er]tinax punietur. Dixit dñs ad moysen
Ecce ego mitto angelum qui p[re]cedat te et custodiat in uia.
et introducat in locum quem paraui. Obserua eum et audi
uocem eius. nec contemnendum putes. Audi si angelum.
agnosce dñm. nec contemnendū putes. Adhuc audi qđ me tuos.
ne inquit contemnendum putes. Quare. quia non remit-
tet cum peccaueris. et est nōm meum in illo. Quis est iste
tā magnus. cui dñs et potestatem dedit et nomen. dñs uirtutū
ipse est rex gloriae. Et unde p[ro]bamus. quod cū dicitur ange-
lus debeat intelligi dñs. habes in libro qui appellat[ur] genesis.
Uener[unt] inquit duo angeli sodomam uespere. sedente loth
p[ro] foribus ciuitatis. Quos cum uidisset. surrex[it] et uenit obuiā.
Quid plura. suscepit obsecutus est eis tanquā peregrinis
consuetudine hospitalitatis. Liberatus a periculo ciuita-
tis. et temporale euasit incendium. et aeternū consecu-
tus est p[re]mium. Discite xpiani sine discretionē exhibere
hospitalitatem. ne forte cui domum clausertis. cui humani-
tatem denegaueris. ipse sit xps. Non amplius euagemur
apposita actione. Angeli uener[unt] ad loth et dixer[unt]. Vide et
aduerte quia angeli loquuntur. Quid dixerunt
angeli. salua animam tuam. noli respicere posterum.

Quia nemo ponens manum in aratrum. tergo respiciens.
aptus est regni dei. Nec scilicet in omni circa regione. Terrenis
non inherens uoluptatibus. sed in monte saluum refac. Spes
tua de sit. nee tu simul pereas cum sodo domus. Dixitq. loth ad eos.
Videte hominem uidentem. non caecum sicut iudaeum et
sabelianum. neq. lippientem sic arrianum. sed oculo sanos
habentem sicut catholicum xpi anum. Angelos uidit. dñm
intellexit. Quid dixit angelis. dixit autem ad eos. Dñemi. quia
seruus tuus inuenit gratiam coram te. et magnificasti mise
ricordiam tuam quam fecisti mecum. ut saluares animam meam.
Magnares. Cum uolo iudaeum ferire. sic moyses fortissimus
uir bastam uerbisui uibrauit et misit. ut p iudaeum ad sabelli
anum transiret arrianumq. pcuteret. Quid agis loth scilicet.
angelos uides non unum sed duos. et dicis dñemi. ad unum uer
ba facis. unum pcaris. Nonne mecum ne alteri iniuriam
facere uidearis. absit. Recedite iudaei. recedite sabelia
ni quia non ui deis. recedite arriani quia parum uideis.
Ego uideo. et quod uideo. quia uideo. nec contemno. nec erro.
Duos uideo aequales uideo. unum rogo. nulli iniuriam facio.
quia patrem et filium non diuido. Nam ut intellegatis
me non falli cum duos tamquam unum de pcor. uidete.
utrum duo an unus meus respondeat p cibis. Petit
ut in pxima ciuitate et modica refugium haberet et uiue.

ret. Et quid responderetur ei? uideamus quod sunt qui res-
pondeant. Verbaliter sequuntur. Dixitque ad eum. Quasi
responsio singularis est. Adhuc sequere uideamus. Ecce
etiam in hoc suscepi preceptuas. ut non subuertam urbem
qua locutus es. Festina et saluare ibi. quia non potero fa-
cere quicquam. donec ingrediaris illuc. Vides iudae
dici angelum et esse deum? audis arriane duos. patrem et
filium dicentem. nec tamen eundem patrem quam filium
propter sabellianos. sed patrem et filium. Audis. suscepi
preceptuas. audis. non subuertam urbem. audis non potero
facere quicquam. Iudaeus legat angelos. intellegit deum.
Sabellianus legat duos uenisse. arrianus legat unum res-
pondisse et non contemnunt. sed errorem fugiant ne ad
ignem aeternum perueniant. Sed ut plenius ostendamus dic-
tum angelum debere intellegi deum. lectionis huius sequen-
tia rectemus. Legitur dominus inquit pluit super se domum et ego
morram sulphur et ignem acino de caelo. Quid est dominus
acino. nisi filius a patre? sicut est alio loco. Dixit dominus domino
meo id est pater filio. sede ad dexteram meam. donec ponam
inimicos tuos scabellum pedibus tuis. Item in exodo.
Apparuit inquit moysi angelus domini in flamma ignis de
rubo. et uidit quoniam rubus ardebat igni. rubus autem non cre-
mebatur. Et dixit moyses. Transiens uidebo grandem ui-
sum. cur itaque non cremabatur rubus. Cum uidisset

autem dñs qm̄ accedit uidere. uocauit eum dñs derubo. Ecce ipse
angelus. ipse dñs. Et sequitur dicens. Moyses moyses. at ille dixit.
Quis es dñe. ⁊ c. dixit ad eum. Ne accesseris huc. nisi solueris
calciamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas. terra
sc̄a est. Adhuc audi. dixit illi. Ego sum dñs patrum tuorum. dñs
abraham. et dñs isaac. et dñs iacob. Et ideo iudaeus sic audiat
angelum. ut timeat dñm. Sabellianus sic confiteatur
patrem. ut non neget filium. Arianius sic confiteatur patrē et
filium. ut non minuatur filium. Iesus etiam uoluit dicere
qui uisus conscriptus est nomine. cum contra hostes dimi
icaret. in ipso constitutus est. p̄uincto uidit uirum stantem con
tra se. et euaginatū tenentem gladium. Perrexitq. ad eū.
et ait. Noster es an aduersariorum. qui respondit. Nequaquā.
sed sum princeps exercitus dñi. et nunc ueni. Cecidit iesus p̄nus
in terram et adorauit. Sequere iudaei ducentium. Uidet.
interrogat. adorat. Uisio communione habet. Videtur
enim et quod non agnoscitur. Ergo uisio communione.
interrogatio ignorantia. adoratio fides. Quem uidit.
hominem. Quis est homo. ⁊ ipse est cuius contra inimicas
gentes p̄nuntiabatur. desiderabatur. expectabatur ad
uentus. Quis est iste princeps exercitus dñi. non ne
ipse est qui in euglio interrogatus quis esset respondit.
principium quod et loquor uobis. ⁊ quid turbaris iesu.
et quare fremuerunt gentes et populi meditati inania

aduersus dñm et aduersus xpm eius. ⁊ uides armatum. noli
metuere non contrate uenio sed pte. quia non sum missus
nisi ad oues quae perierunt domus isrl. Quid est iesu quod
uides. interrogas. adoras. ⁊ Audi. hominem uideo. inter
rogo quem uideo. audio quem non uideo. adoro non quod
uideo. sed quod credo. quia fides ex auditu. auditus autem p
uerbum xpi. Quid ago. ⁊ quaeris. aduertere et sequere.
